

Franckesche Stiftungen zu Halle

Caii Velleii Paterculi Historiae Romanae Ad M. Vinicium Cos. Libri Dvo Qvantvm Exstant

Velleius <Paterculus>

Halae, MDCCLXXIX.

VD18 12434159

Specimen Chronologiae, Qua C. Velleii Paterculi Hlstory Romana Nititur.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213763

SPECIMEN CHRONOLOGIAE,

QVA

C. VELLEII PATERCVLI
HISTORIA ROMANA

NITITVR.

Vititur Velleius peculiari epocha annorum ante consularum M. Vinicii, a quo anni retro numerantur. Huic adiecimus annos urbis conditæ ex mente Dionysii Halicarnassei et Catonis numeratos, qui constituunt aram antiquam et publicam inter Romanos usitatam. Quia hæc ara autem sæpe admodum est lubrica, apposita est periodus Iuliana, cuius anni sunt indubii.

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vinic.	
2347	-	2396	* Annus diluvii Noachici desinentis, mundi conditi 1657. et Beli Babylonici i. e. Chami primus, præcedens casum Sardanapali annis cdo cccc lx.
2447	-	2296	* Natalis orbis turrisque Babylonice, cum antecedente terrarum partitione, quum Pelagus nasceretur, annis cdo cccc lx ante casum Sardanapali.

G 4

* Ini-

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	152 CHRONOLOGIA
2480	-	2263	* Initium imperii <i>Nimrodi</i> , et <i>ara Callisthenis</i> annorum clo lo cccc iii vsque ad captam ab Alexandro magno Babylo- nem.
2767	-	1976	Initium imperii <i>Assyrii</i> , h. e. Babylonici, sub <i>Eusebio</i> scilicet, Chaldaeorum rege, anno clo xxx ante casum Sardanapa- li. Vellei. I, 6, 1. (Nume- rum Velleii mutilatum, edi- tores restituere nescientes, per- peram legerunt clo lxx)
2993	-	1750	* <i>Arabum</i> regum dynastia in <i>Babylonia</i> incipit, quorum pri- mus fuit <i>Mardocentes</i> .
3182	-	1561	* <i>Belus Assyrius</i> seu <i>Aegyptius</i> , rex Orientis annis lxx, teste Augustino; annis ccc xlviii. ante Troiam captam.
3208	-	1535	* <i>Belus</i> , ultimo <i>Arabum</i> rege <i>Nabonnado</i> pulso, <i>Babylonicum</i> regnum cum <i>Assyriaco</i> coniun- git, fitque <i>Asia superioris</i> mo- narcha, annis ccc xxii ante Troiae excidium.
3247	-	1495	Initium <i>Nini</i> primi, regis <i>As-</i> <i>syriorum</i> , <i>Belo</i> patre defuncto. Velleius I, 7, 1. ubi librariorum errore hodie clo lo cccc xcv men-

			mensose legitur, quia nota numerica 10 abundanter posita. Insignis vero epocha, usque ad consulatum Vinicii se extendens.
3490	-	1253	<i>Hercules</i> diem obiit supremum, per apotheosin gentilium hinc ad deos excedens, annis cxx ante aduentum Heracidarum in Peloponnesum. Vellei. I, 2, 1.
3493	-	1250	<i>Ludi Olympici</i> ab <i>Arreo</i> , Mycenarum rege, instituti hoc anno, secundum Velleium I, 8, 2.
3530	-	1213	<i>Troia capta et excisa</i> a Græcis, anno cccxxxiii corrente ante Roman conditam. Velleius I, 8, 4. ubi pro ultimis notis numericis iii, perperam vii substituta hodie inveniuntur.
3531	-	1212	<i>Agamemnon</i> , rex regum inter Græcos contra Troiam pugnantes, ab <i>Aegistho</i> occiditur: hic vero Mycenis regnat annis vii. Vellei I, 1, 2.
3538	-	1205	<i>Orestes</i> , Agamemnonis filius, matre et <i>Aegistho</i> obruncatis, regnat Mycenis annos lxx. Velleius I, 1, 3.
3608	-	1135	<i>Orestis</i> , quum annos xc vixisset, mortuo, succedunt filii <i>Peribolus</i>

			<i>thibus et Tisamenus, simul regnantes triennio. Vellei. I, 2, 4.</i>
3610	-	1133	Anno fere LXXX post Troiam captam, cxx post Herculis obitum, <i>Felopsis posterius</i> , Peloponnesi imperium obtinentes, <i>expelluntur ab Heracidis</i> . Horum duces erant <i>Temenus</i> , qui Argiuorum, <i>Cressphontes</i> qui Messeniorum, <i>Aristodemus</i> qui Lacedaemoniorum regnum obtinuerunt. Velleius I, 2, 1.
3616	-	1129	<i>Aletes</i> Heracida, Corinthi novus conditor, regnum ibi constituit, annis 1000 ante huius urbis deletionem. Vellei. I, 13, 1.
3644	-	1099	<i>Athena</i> , Coaro mortuo, sub regibus esse desierunt, successusque <i>Medon</i> , primus ibi <i>Archon</i> perpetuus. Vellei. I, 2, 2, 3, 4.
3660	-	1083	<i>Iones</i> , Athenis profecti, regionem Asiae minoris maritimam occupant, nuncupatam inde Ioniā. Vellei. I, 4, 3.
3743	-	1000	Non longe post hunc annum, a Vinicii consulatu retro numeratum, nascitur <i>Homerus</i> , secundum Velleium, I, 5, 3.

Homo-

Per. lul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	
3793	-	950	<i>Homerus floruit</i> hoc ferme anno, ex Velleii sententia, I, 5, 3.
3804	-	939	<i>Sardanapalus obsidetur</i> in vrbe Nino ab <i>Arbace</i> seu <i>Pharnace</i> , Mediae praefecto rebeli, annis cccc ante casum <i>Astyagis</i> , teste Iustino. Velleius I, 6, 1. 2.
3806	-	937	Vrbs <i>Ninus</i> capta ab <i>Arbace</i> , et imperium <i>Asiaticum</i> sublatum <i>Sardanapalo</i> translatum ab <i>Assyriis</i> et <i>Babyloniis</i> ad <i>Medos</i> , quod durauerat ab <i>Euechoo</i> annis cld xxxx, a condita <i>Babylone</i> annis cld ccc lx. Vellei. I, 6, 1.
3808	-	935	Hac aetate floruit <i>Lycurgus</i> , <i>Lacedaemoniorum</i> legislator, Vellei. I, 6, 3, annis cxxxviii ante <i>Olympiades</i> , teste <i>Phlegonte</i> .
3896	-	847	<i>Caribago</i> condita ab <i>Elissa</i> <i>Tyria</i> , annis lxxv ante <i>Romam</i> conditam, Vellei. I, 6, 4. Sterit vero annis dcxxxix secundum Velleium, non dcxxvii, prout mendose legitur lib. I, 12, 5.
3901	-	842	<i>Caranus</i> <i>Heraclida</i> , profectus <i>Argis</i> , regnum <i>Macedoniae</i> occupat. Vellei. I, 6, 5.
3913	-	830	<i>Capua</i> et <i>Nola</i> vrbes, a <i>Tusciis</i>

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	156 CHRONOLOGIA
			<i>condita</i> hoc anno. Sic sentit Velleius noster cum aliis scriptoribus antiquis, I, 7, 2. <i>He- fodus</i> hoc tempore <i>floruit</i> , an- nis cxx post Homerum. I, 7, 1.
3938	-	804	<i>Olympiadum</i> , quæ numerari so- lent, <i>prima</i> hoc anno agitur in Græcia circa solstitium æstî- vum, annis xxx solidis ante Romam conditam. Vell. I, 8, 1. 2.
3960	-	783	<i>Charops</i> , Archontum decennal- ium, qui Athenis lxx annis præfuerunt, primus. Vellei. I, 2, 4. c. 8, 3. Annus testius iniens Olympiadis sextæ, quo <i>prima Romæ fundamenta iacta</i> , die xxviii Octobris, quem vr- bis natalem falso ad diem Pa- riliorum eruditè referre solent. Vellei. I, 8, 4.
3961	-	782	<i>Parilia prima et encenia urbis Romæ</i> , xi kalendas Maias, in- stante anno quarto Olympiadis sextæ, in annum post Troiam captam cccxxxii incidente. Vellei. I, 8, 4. c. 6, 4. <i>Æræ ab urbe condita recensio</i> seu <i>Varroniana</i> , quæ a Iulii Cæsa- ris temporibus innotuit, annus primus.

Annus

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	
3962	1	781	Annus regni Romuli primus, quo æra Romanorum antiqua et publica ab urbe condita incipit, anno Olympiadis septimæ primo instante. Hic est annus urbis primus Dionysio Halicarnasseo et Porcio Catoni, incidens in annum ccccxxxix ab excidio Troie, Vellei. I, 8, 4. ubi mendose hodie ccccxxxix anni leguntur.
3963	2	780	Monarchia Romuli, xxxvii annos imperantis, primus, Remo fratre occiso: alia urbis condita æra, qua Eutropius vitur, nec non Velleius passim et Orosius.
3964	3	779	Raptus virginum Sabinarum contingit anno a iactis Romæ primis fundamentis quarto. Vellei. I, 8, 6. Et hic annus a multis pro primo urbis conditæ est habitus.
3967	6	776	* Nabonassar, Chaldaus, novum Babylone condidit regnum, annis dccxx post initium Nini primi, de quo Velleius I, 7, 1.
3978	17	765	Annus dccxxv ante consulatum Vinicii, quo Medi, ab Assyriis deficientes, libertatem sibi

Per. V. C. Ante 158 CHRONOLOGIA
Iul. Dion. Vin.

vindicarunt. Velleius I, 6, 1. Hanc libertatis consecutionem posteriorem confundit Velleius cum alia priore sub Arbace; nec numerus ipsi est sanus, nam legi debet DCCLXV, non DCCLXX.

3999 38 744 * *Romulus vivere desit* nonis Quintilibus, anno regni xxxviii vel xxxvii. Post cuius obitum interregnum fuit vnus anni.

4000 39 743 *Numa Pompilius* Romulo succedit, cuius regni initio prima vice *Ianus Geminus* fuit clausus, Vellei. II, 38, 3. annis cccclxxx ante T. Manlii consulatum, teste Plutarcho.

4030 69 713 *Eryci*, seu *Eryxiae*, ultimo Archonti decennali, succedit *Creon*, primus annuus Archon Athenis. Vellei. I, 8, 3.

4154 193 589 * *Desit regnum Medorum* in Astyage rege, quem Cyrus Persa deuicit; stetit vero a defectione Arbacis annis cccl, a Deiocis regis imperio centum et quinquaginta.

4206 245 537 * *Tarquinius superbus*, rex Romanorum septimus, orbe et regno pellitur die xxy Februa-

rii,

			rii, qui dies inde <i>regifugii</i> olim nuncupatus et inter solennes habitus fuit. <i>Consules</i> hinc <i>creari</i> cepti, ex quibus primi fuere <i>L. Iunius Brutus</i> et <i>L. Tarquinius Collatinus</i> , huic vero iussus fuit <i>P. Valerius Poplicola</i> ; ineunte Olympiade <i>LXVIII</i> . Eutrop. I, 7. 8. 9.
4214	253	529	* <i>Dictatura</i> , nova dignitas, maior quam consularis, Romæ introducta. Eutrop. I, 11.
4221	260	522	* <i>Tribuni plebis</i> primum crepti. Eutrop. I, 12.
4243	282	500	<i>Capua</i> a Tuscis hoc anno condita, ex <i>M. Catonis</i> sententia, cui vero <i>Velleius</i> contradicit, huius urbis natalem in annum <i>DCCCXXX</i> ante <i>Vinicii</i> consulatum referens, lib. I, 7, 3. 4.
4261	300	482	* <i>Annus</i> ab urbe condita <i>trecentesimus</i> , <i>coff. Sp. Tarpeio Capitolino</i> et <i>A. Aterio Fontinali</i> , Romæ celebratur, et <i>ludi seculares</i> primum habiti. <i>Plin. hist. natural. lib. VII. c. 28.</i>
4264	303	479	* <i>Decemviri</i> Romæ creati, legum ferendarum gratia. Eutrop. I, 16.
4272	311	471	* <i>Tribuni militares</i> primum Ro-

Ro-

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	160 CHRONOLOGIA
			Romæ creati. Flor. I, 23, 1.
4273	312	470	* <i>Censores</i> primi Romæ constituti. Liv. lib. 4.
4307	346	436	* <i>Quæstores ex plebe</i> primum Romæ creati.
4324	363	419	* <i>Consulatus L. Valerii Potitæ</i> et <i>M. Manlii Capitolini</i> ; quibus successi kal. Quintilibus sex tribuni militares eodem anno. <i>Camillus in exilium mittitur.</i>
4325	364	418	* <i>Tribuni militares sex: Fabii tres, cum collegis. Clusii obfessio, iam præcedente anno inchoata a Gallis Senonibus.</i>
4326	365	417	* <i>Infelix Romanorum pugna ad Alkanæ contra Gallos, mense Sextili, consule M. Fabio, qui cum collega in factis consulum exstantibus desideratur. Florus I, 13, 7. Orosius II, 19. Mox Roma a Gallis adita, capta, direpta, creinata. Vellei. I, 14.</i>
4327	366	416	* <i>Quatuor tribuni militum, L. Lucratius cum collegis: sub his, anno xvi ante pugnam Leutricam, Capitolium arctius obfessum mensibus septem. Obsidio cæpit paucis diebus post idus Quintiles. Camillus dictator creatur.</i>

* *Sex*

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	
4328	367	415	* <i>Sex tribuni militum, Q. Sulpius</i> cum collegis: sub his <i>Capitolium liberatum</i> idibus Februarii, et Galli exacti. Tribuni huius et præcedentis anni in fastis consulum exstantibus desiderantur.
4332	371	411	<i>Sutrium</i> colonia deducta, post septem annos, quam Galli urbem ceperunt. Vellei. I, 14, 2.
4333	372	410	Post annum <i>Serina</i> deducta colonia. ibid.
4342	381	401	Similiter <i>Nepe</i> , novem interiectis annis, Vellei. I, 14, 2. quum rei publicæ præessent <i>quatuor tribuni militum, L. Papirius</i> cum collegis, quorum nominis in fastis consulum hodie exstantibus desiderantur.
4343	382	400	* <i>Anarchia</i> <i>Roma</i> vnus anni, quam fingunt annorum iv vel v. fuisse.
4344	383	399	* <i>Tribuni militares sex, L. Furius Medullianus</i> ir, cum collegis.
4348	387	395	* <i>Consulatum</i> tandem etiam plebeius occupat <i>L. Sextius Sextinus Lateranus</i> , qui ex patriciis collegam habuit <i>L. Aemilium Mamercum</i> .

* C. Sul-

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	162 CHRONOLOGIA
4361	400	382	* C. Sulpicius Perius IV, et M. Valerius Poplicola iterum, consules, anno xxxv Romæ a Gallis captæ. Horum antece- dens consulatus falso alligatur anno cccc urbis conditæ.
4374	413	369	Aricini, Aricia in Latio habi- tantes, in ciuitatem prima vice recepti, annis xxxii post colo- niam Nepetinam deductam. Velleius I, 14, 2.
4380	419	363	Consules Verurius Caluinus et Sp. Postumius Albinus, tribus annis ante Alexandriam condita- tam. His coff. Campanis da- ta est ciuitas, partique Sumni- rium, sine suffragio: et eodem anno Cales deducta colonia. Velleius I, 14, 3. Alexandri magni pugna ad Granicum flu- uium: cuius, et equitum, ex ipsum turma ibi caforum, sta- tuas Ixippus fecit, et Dii in Macedonia collocauit; quas postea Q. Metellus Macedoni- cus Romam ex Macedonia de- tulit. Vellei. I, 11, n. 2, 3, 4.
4381	420	362	* Nomina consulum huius an- ni desunt in fastis consularibus qui exstant, quare hunc annum alii

			alii omittunt, numeros et nomina suis locis mouentes.
4383	422	360	<i>Alexandria</i> in Aegypto ab Alexandro magno condita, coſſ. <i>L. Papirio</i> et <i>C. Pætilio</i> , vt refert <i>Solin.</i> cap. 34. qui coſſ. etiam in faſtis extantibus deſiderantur. Hoc anno <i>Fundani</i> et <i>Formiani</i> in ciuitatem ſunt recepti. <i>Vellei.</i> I, 14, 4.
4384	423	359	<i>Acerranis</i> data ciuitas a <i>Sp. Poſtunio</i> et <i>Philone Publilio</i> cenſoribus. <i>Vellei.</i> I, 14, 4.
4387	426	356	Triennio poſt <i>Tarracina</i> ſeu <i>Anxur</i> deducta colonia. <i>Vellei.</i> I, 14, 4.
4391	430	352	Interpoſito quadriennio <i>Luce-ria</i> deducta fuit colonia. <i>Vellei.</i> I, 14, 4.
4393	432	350	<i>T. Veturius Caluſus</i> et <i>Sp. Poſtumiſ Albinus</i> , ambo iterum conſules. Hunc conſulatum poſterioſem cum priore horum coſſ. anni <i>P. Iul.</i> 4380. confundit <i>Velleius</i> I, 14, 3. Hoc anno <i>Romani</i> ad <i>Caudinas</i> furculas a <i>Samnitibus</i> infami clade adſciuntur. <i>Vellei.</i> II, 1, 5. <i>Flor.</i> I, 16, 9-12.
4394	433	349	<i>Sueſſa Aurunca</i> , interiecto poſt <i>Luce-</i>

Luce-

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	164 CHRONOLOGIA
			Luceriam triennio, deducta colonia. Vellei. I, 14, 4.
4396	435	347	Satricula et Interamna deducta colonia post biennium a praecedentibus. Decem deinde hoc munere anni vacauerunt. Vellei. I, 14, 4-5.
4406	445	337	Tunc Sora atque Alba deducta colonia. Velleius I, 14, 6.
4408	447	335	Carseoli colonia post biennium deducta. Velleius I. c.
4417	456	326	Q. Fabio Maximo Rulliano quintum, et P. Decio Mure quantum coſſi, quo anno Pyrrhus regnare coepit, Sinuessam Minturnasque miſſi coloni. Vellei. I, 14, 6.
4421	460	322	Venussiam miſſi coloni post quadriennium. Velleius I. c.
4422	461	321	* Fabius Maximus Gurgis iterum et Decimus Mus quintum, huius anni coſules, qui in factis coſularibus deſiderantur.
4423	462	320	Interiecto biennio post Venussinam coloniam, M. Curio Dentato et P. Cornelio Rufino coſſi, Sabinis sine ſuffragio data ciuitas. Vell. I, 14, 6. Is P. Cornelius Rufinus fuit bello Pyrrhi inter duces celeberrimos. II, 17, 2.
			Cosam

4440	479	303	<i>Cosam et Pastum coloni missi, Fabio Dorfone et Claudio Canina II. consulibus, antecedentibus Vinicii consulatum annos tres et trecentos, (ita legendum, minime vero ferme trecentos.) Vellei. I, 14, 7.</i>
4445	484	298	<i>Interiecto quinquennio, et Sempronio Sopho et Appio Claudio Crasso, Cæci filio, Coss. coloni Ariminum et Beneventum missi; et suffragii ferendi ius Sabinis datum. Vell. I, 14, 7.</i>
4449	488	294	<i>Initium belli Punici primi, annis ccxciv (ita legendum) ante consulatum Vinicii, Appio Claudio Caudice et M. Fulvio Coss.; a quo tempore Romani annis cxx cum Carthagine bellum gesserunt. Velleius I, 12, 6. ubi numeri ccxcvi et cxv sunt corrupti. Claudius consul exercitum in Siciliam primus transiit. Vellei. II, 38, 2. Hoc anno Firmum et Castrum colonis occupata. Vellei. I, 14, 8.</i>
4450	489	293	<i>Aesernia hoc sequente anno colonia deducta. Vellei. I, 14, 8.</i>
4453	492	290	<i>Cn. Cornelius Scipio Asina et C. Duillius consules. Hic prior Scipio</i>

Scipio

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	166 CHRONOLOGIA
			<i>Scipio</i> potentia Romanorum viam aperuit. Velleius II, 1, 1.
4456	495	287	<i>Artius Regulus</i> , consul, anno viii belli Punici, ante captam Carthaginem annis cxii. cum exercitu transiit in Africam. Velleius II, 37, 2. cuius numeri viii et cciv sunt corrupti.
4457	496	286	<i>Anlii Reguli consularis</i> secun- dus, nono huius belli anno, quem Velleius I. c. cum priore confundit.
4458	497	285	* <i>Seruius Fulvius Perinus</i> No- bilitior et <i>M. Aemilius Paullus</i> , coff. huius anni. Eutrop. II, 12, 1.
4459	498	284	* Exciderunt ex fastis consules huius anni, qui expuncti vi- dentur.
4467	506	276	<i>Aesulum</i> et <i>Alfium</i> colonia de- ducta, annis xvii (non xxii, ut mendose legunt) post colo- niam Aesernianam deductam. Veilei. I, 14, 8.
4469	508	274	<i>Fregellae</i> , Livio <i>Fregena</i> , colonia deducta, post biennium a prae- cedentibus. Velleius I, 14, 8.
4470	509	273	Proximo anno, <i>Manlio Tor- quato</i> et <i>Sempronio Blaeso</i> con- sulibus, <i>Brundisium</i> colonia de- ducta. Velleius I, 14, 8.

Post

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	VELLEIANA. 167
4473	512	270	Post triennium <i>Spoletium</i> coloni missi: quo anno <i>Floralium ludorum</i> factum est initium. Velleius l. c.
4475	514	268	Post biennium <i>Valentia</i> colonia deducta. Velleius l. c.
4479	518	264	Coss. <i>T. Manlius Torquatus</i> et <i>C. Atilius Bulbus</i> II. Huius Manlii ductu <i>Sardinia</i> recepit imperii Romani iugum, provincia nunc facta. Vell. II, 38, 2. Sub hoc consule <i>Tanus Geminus</i> Romæ iterum clausus est, pacis certæ argumentum, quæ tamen fuit breuissima. Vellei. II, 38, 3.
4493	532	250	<i>P. Cornelius Scipio Asina</i> et <i>M. Minutius Rufus</i> consules. Initium belli <i>Punici secundi</i> , quo Cn. et P. Scipiones primi omnium exercitus duxerunt, secundum Velleium II, 38, 4. Eutrop. III, 3, et Orosium IV, 14.
4496	535	247	Sub aduentum <i>Hannibalis</i> in <i>Italiam</i> , colonix <i>Cremona</i> atque <i>Placentia</i> deductæ. Velleius I, 14, 8.
4498	537	245	<i>L. Aemilius Paullus</i> II, et <i>C. Terentius Varro</i> consules. <i>Pugna ad Cannas</i> , reipubl. Romanæ

næ

			na pernicioſa, in qua <i>Paullus</i> conſul mortem fortiter obiit. <i>Vellei. I, 9, 3. Liv. lib. 22.</i> Poſt hanc pugnam, quum <i>Capua dederetur Hannibali</i> , inſignem erga Romanos fidem praſtitit <i>Decius Magius</i> , <i>Capua</i> oriundus, Campanorum princeps, <i>Velleii Paterculi</i> ex paterna, ut videtur, ſtirpe <i>rynianus</i> . <i>Vellei. II, 16, 2. Liv. lib. 23. c. 7. 10.</i>
4502	541	241	<i>Capta Syracuſæ</i> , et <i>Sicilia</i> fit provincia Romana, auctore <i>Claudio Marcello</i> , conſulari, poſt annos LII, ex quibus Coſ. <i>Claudius</i> in <i>Siciliam</i> primus traiecit exercitum. <i>Vell. II, 37, 2.</i>
4503	542	240	<i>Capua Romanis</i> dedita, et in formam praefecturae redacta, annis CLII ante conſulatum <i>C. Iulii Caſaris</i> et <i>M. Calpurnii Bibuli</i> . <i>Velleius II, 44, 4.</i>
4510	549	233	<i>Scipio Naſſica</i> a ſenatu Romano optimus vir iudicatur. <i>Velleius II, 3, 1.</i>
4511	550	232	<i>Hannibal</i> , reuocatus in Africam, interens excedit ab Italia. <i>Vellei. II, 28, 2.</i>
4512	551	231	<i>Dictator Romæ</i> creatur, proximo

			mo anno post Hannibalis ex Italia excessum, annis cxx ante Sullæ dictaturam. Vellei. l. c.
4525	564	218	Consules <i>Cn. Manlius Volso</i> et <i>Fulvius Nobilior</i> , annis ante consulatum <i>Vinicii</i> cxxix. Velleius I, 15, 2. vbi inendose cxxvii legitur. <i>Asia cis Taurum</i> omnis <i>Antiocho</i> eripitur a <i>L. Scipione Asiatico</i> , <i>Africani</i> fratre: hanc <i>Asiam</i> mox <i>Attali</i> , <i>Pergameni</i> reges, possidendam acceperunt a Romanis. Vellei, II, 36, 5. <i>Manlius Volso Galatiam</i> seu <i>Gallogræciam</i> , <i>Fulvius Ambraciam</i> et <i>Aerolos</i> subigunt. Velleius II, 36, 5. c. 39, 2. His colli. <i>Bononia</i> deducta est colonia. Velleius I, 15, 2.
4529	568	214	Post quadriennium <i>Pisaurum</i> ac <i>Potentia</i> coloniæ deductæ. Velleius I, 15, 2.
4532	571	211	Interiecto triennio <i>Aquileia</i> et <i>Gravisca</i> coloniæ deductæ. Velleius l. c.
4536	575	207	Post quadriennium <i>Lucam</i> coloni missi. ibid.
4540	579	203	<i>Perseus</i> s. <i>Perfes</i> , rex Macedoniæ, sædere cum Pænis inito, bellum molitur contra Romanos.
C. Vell. Paterc.			H

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	170 CHRONOLOGIA	Per. Iul.
4542	581	201	<i>nos. Liv. lib. 42. Vellei. I. 9. 1. Perseus, bello Romanis illato, per biennium variâ fortunâ conflixit cum consulibus. Velleius I, 9, 1.</i>	4547
4544	583	199	<i>* Secunda Persei de Romanis victoria. Liuius lib. 43.</i>	4550
4545	584	198	<i>* Q. Marcius Philippus, iterum consul, meliore fortuna in bello aduersus Perseum progreditur, in Macedonia penetrans, et multas vrbes occupans. Liv. lib. 44.</i>	4552
4546	585	197	<i>L. Aemilius Paullus, hoc anno iterum consul, Persen ingenti prælio apud Pydnam in Macedonia fuscum cõgit in Samothraciam fugere, vbi se Romanis dedit: Macedonia vero facta prouincia Romana. Velleius I, 9, n. 3. 4. 5. II, 38, 5. Eodem anno Illyrii rege eorum Gentio victo, a L. Anicio Gallo subacti. Velleius I, 9, 5. Antiochus Epiphanes, rex Syriæ, Ptolemæum Alexandria tum obsidens, iussu M. Popillii Lænatris, legati Romani, ab incepto desistit, Aegyptumque relinquit. Velleius I, 10, 1. 2.</i>	4556 4558 4559

Trium.

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	
4547	586	196	<i>Triumphus tres</i> hoc anno celebres: <i>L. Aemilius Paullus</i> de Persa victo, <i>Cn. Octavius</i> praetoris navalis, nec non <i>L. Anicius</i> de Illyriis. Vell. I, 9, 5. 6. c. 10, 3. 4. 5.
4550	589	193	<i>Perses</i> , ante quinquennium ab <i>Aemilio Paulo</i> victus, et a <i>C. Octavio</i> captus, <i>Albae</i> obijt in libera custodia. Velleius I, 11, 1.
4552	591	191	<i>P. Cornelius Scipio Nasica</i> , censor, porticus in <i>Capitolio</i> fecit. Velleius II, 1, 2. c. 3, 1.
4556	595	187	<i>Auximum</i> in Picenum coloni missi, ante triennium solidum, quam <i>Cassius censor</i> theatrum facere instituit. Vellei. I, 15, 3.
4558	597	185	<i>L. Cornelius Sulla</i> s. <i>Sylla</i> , qui prius sub <i>Mario</i> legatus fuit in Gallia, tum praetor, deinde consul septies factus, <i>Felix</i> etiam et <i>Dictator</i> tandem dictus, hoc anno natus est ex Velleii sententia, II, 17, 3.
4559	598	184	Censores <i>Messala</i> et <i>Cassius</i> theatrum <i>Romae</i> lapideum struere conati sunt, quibus id molientibus eximia tum civium severitas et consul <i>Scipio Nasica</i> resistere. Vellei. I, 15, 3. Liv. lib. 48.

H 2

Pseu.

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	172 CHRONOLOGIA
4564	603	179	<i>Pseudophilippus</i> , seu <i>Andriscus</i> , armis Macedoniam occupat. Vellei. I, 11, 1.
4565	604	178	<i>Belli Punici tertii</i> , quod in quartum vsque annum duravit, initium; <i>L. Marcio Censorino</i> , <i>M. Manlio</i> consulibus: quibus <i>M. Cato</i> mortem obiit, triennio solido ante, quam <i>Carthago</i> deleteretur, cuius diruendæ perpetuus auctor fuerat. Vellei. I, 13, 1.
4566	605	177	Olympiadis CLVIII initium, annis CLXXVII ante consulatum <i>Vinicii</i> , qua currente <i>Carthago</i> est <i>deleta</i> . Sic numerus utroque loco Velleii I, 12, 5. II, 38, 2, est legendus. At fallitur Velleius, annum indicans Olympiadis primum, quum fuerit reuera tertius.
4567	606	176	<i>Q. Metellus</i> prætor, ex virtute dictus <i>Macedonicus</i> , præclara victoria <i>Pseudophilippum</i> gentemque ipsi addictam Macedones <i>superavit</i> ; et immani <i>Achaos</i> rebellare incipientes fudit acie: <i>statuas</i> etiam <i>Alexandri</i> magni et aliorum, a <i>Lysippo</i> factas, ex <i>Dio</i> Macedoniæ urbe

Per.
Iul.

456

Per. V. C. Ante
Iul. Dion. Vin.

VELLEIANA. 173

vrbe *Romam* detulit. Velleius
I, 11, 2. c. 12, n. 1. 3. 4. *P. Cor-
nelius Scipio Africanus Aemili-
anus* hoc anno prima vice
consularum obrinuit, annos na-
tus sex et triginta; et colle-
gam habuit *C. Linius Drusum*.
Vellei. II, 4, 5. 7. Hic Scipio,
quum senatus Romanus statuisset
Carthaginem excidere, bel-
lum huic vrbi iam a prioribus
consulibus illatum, maiore vi
intulit. Velleius I, 12, n. 2. 3. 4.

4568 607 175

Cn. Cornelius Lentulus, *L.
Mummius Achaicus*, consules.
Carthago, imperii Romani
æmula, a Scipione diruta, quum
sterisset annis DCLXXII, anno
CXV corrente ab initio primi
belli Punici. Velleius I, 12, 5. 6.
II, 38, 2. vbi numeri DCLXVII et
CCXV in mendo iacent. Eo-
dem anno *L. Mummius Corin-
thum* funditus eruit, quæ ante
annos DCCCCLII ab *Alere He-
raclida* erat condita, Vellei. I,
13, 1. Sic *Achaia* facta est
prouincia Romana, Vellei. II,
35, 5. Triste statim in Hispa-
nia Lusitanica exoritur bellum

H 3

cum

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	174	CHRONOLOGIA
				<i>cum Viriatho</i> , latronum duce, quod varia fortuna fuit gestum. Velleius II, 1, 3.
4569	608	174		<i>Q. Fabius Aemilianus</i> et <i>L. Hostilius Mancinus</i> consules. Hic Fabius disciplinae in Hispania fuit clarissimus. Vellei. II, 5, 4. Flor. II, 17, 17.
4570	609	173	*	<i>Q. Fabius Aemilianus</i> , proconsul in Hispania, <i>Viriathum</i> frangit. Appianus in Ibericis.
4572	611	171		<i>Q. Cecilius Metellus Macedonicus</i> , proconsul, <i>Conrebian</i> Celtiberiae occupat victor. Vellei. II, 5, 2, 3.
4573	612	170		<i>Viriatus</i> fraude magis, quam virtute, <i>Q. Serviliu Capionis</i> , (qui hoc anno consul cum <i>C. Latio Sapiente</i> fuit,) interimitur, Vellei. II, 1, 3. Statim deinde bellum exarsit <i>Numantini</i> eodem anno, qui nonus ante <i>Numantiae</i> excidium. Velleius II, 1, 3.
4575	614	168		Consulatus <i>Cnaei Servilii Capionis</i> , et <i>Q. Pompeii Ruffi</i> , primi ex Pompeiorum stirpe consulis, in hunc annum referendus cum Velleio lib. II, c. 21. n. 5. Hunc Pompeium <i>Numantini</i>

			<i>manini</i> ad turpissima deduxerunt fœdera. II, 1, 4.
4577	616	166	<i>C. Hostilius Mancinus</i> , cum <i>M. Aemilio Lepido Porcina</i> consul huius anni, in Hispania contumeliosam cum Numantinis fœdus init. Vellei. II, 1, 5.
4578	617	165	<i>Decii Iunii Bruti</i> præclara hoc anno contra Hispanos fuit militia, qui <i>Gallæci</i> cognomen meruit. Velleius II, 5, 1. Flor. II, 17.
4579	618	164	<i>Mancinus Hostilius</i> , propter turpe fœdus cum Numantinis poëtum, iussu senatus Romani nudus ac ligatis manibus deditur hostibus, qui ipsum vero recipere negauerunt. Vellei. II, 1, 4, 5. Hinc mota immanis <i>Tib. Graccho</i> auctore <i>dissensio</i> ciuitatis Romanæ, quæ in atrocem tandem erupit <i>seditionem</i> . Vellei. II, 2, 1.
4580	619	163	<i>P. Scipio Africanus Aemilianus</i> , iterum consul creatus, in <i>Hispaniam</i> mittitur ad conficiendum bellum Numantinum; quod etiam intra annum ac tres menses præstitit. Vellei. II, 4, 2.
4581	620	162	Coss. <i>P. Mutius Scævola</i> et <i>L. Calpurnius</i>

Per. V. C. Ante 176 CHRONOLOGIA

Per. Iul.	Dion.	Vin.	
			<i>Calpurnius. His coff. Tib- erius Gracchus propter seditionem a senatu Romano in Ca- pitolio occisus est. Vellei. II, 2, 2. c. 3, n. 1. 2. 3. Numantia a P. Scipione excisa et solo æquata. Vellei. II, 4, 2. 3.</i>
4582	621	161	<i>Rutilius et Popillius coff. asper- uine in Tib. Gracchi amicos seuiunt; quos postea iudicio- rum publicorum merito op- pressit inuidia. Velleius II, 7. 4.</i>
4583	622	160	<i>P. Licinius Crassus et L. Vale- rius Flaccus coff. Bellum cum Aristonico incipit, qui Asiam, a mortuo rege Attalo Romanis hæreditate relictam, armis oc- cupauerat. Vellei. II, 4, 1.</i>
4584	623	159	<i>M. Perpenna consul, cuius col- lega C. Claudius Pulcher, Ari- stonicum vincit et ad deditio- nem coëgit; sed ante trium- phum obiit in itinere apud Per- gamum. Hoc modo Asia cis Taurum omnis facta est Ro- manis tributaria. Velleius II, 4, 1. c. 36, 6.</i>
4585	624	158	<i>M. Aquillio et C. Sempronio Tuditano coff. redit P. Scipio Africanus Aemilianus in vr- bem,</i>

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	VELLEIANA. 177
			bem, vbi intra breue tempus mane in lectulo repertus est mortuus, ætatis anno ferme LIV, ante consulatum Vinicii annis CLVIII. Velleius II, 4. n. 5. 6. 7. Numerus LVI Velleii est corruptus, CL vero est mutilus. Eodem anno <i>Aristonicus</i> capite pœnas dedit, in carcere strangulatus; quia initio belli Crassum Mucianum interemerat. Vellei. II, 4, 1.
4586	625	157	<i>Seueritas</i> censorum, <i>Cassii Longini</i> et <i>Capionis</i>, contra <i>Lepidum Aemilium</i> augurem; in hunc annum refertur a Velleio lib. II, c. 10, n. 1.
4589	628	154	<i>L. Opimius</i>, tunc prætor, <i>Fregellas</i> exscindit, ob coniurationem ibi exortam. Vellei. II, 6, 4.
4590	629	153	<i>C. Cassio Longino</i> et <i>Sextio Calvino</i> coss. <i>Fabrateria</i> colonia deducta est, Vellei. I, 15, 4. Diversus hic Longini consulatus ab alio <i>L. Cassii Longini</i>, qui ex mente Velleii concurret cum anno CLVII ante Vinicium consulem, cum hoc posteriore autem ibi confunditur.
4591	630	152	<i>C. Sempronius Gracchus</i>, <i>Tiberii</i> frater, <i>tribunatum plebis</i> ingressus,

H 5

gressus,

4592	631	151
------	-----	-----

gressus, multa insolenter perfecit, quæ Velleius recenset lib. II, 6, n. 2. 3. 4. *Nouis coloniis* hic replebat prouincias, quales fuere *Scylacium*, *Mineraium*, *Tarentum*, *Neptunia*. Vellei. II. 6, 4. I, 15, 4. Ex huius consilio etiam *Carthago* reedificata, et prima eâ extra *Italiani* colonia est deducta. Velleius I, 15, 4. Eutrop. IV, 9, 6.

Coff. L. *Opimius* et *Fabius Maximus*, postea dictus *Allobrogicus*, in hunc annum referendi. Vellei. II, 7, 5. Successores enim immediati fuerunt *Marelli Balearici*, teste Orosio lib. V, c. 14. et Velleii calculo. C. *Sempronius Gracchus* alterum tribunatum in hunc annum continuauit: quem *Opimius*, vnaque *Fulvium Flacum*, consularem virum, cum filio maiore, morte adficit. Vellei. V, 6, n. 3-6. c. 7, 1. 2. Ab hoc consule celeberrimum olim fuit *Optimiani* vini nomen; quate nullum consule M. *Vinicio* supersuisse, Velleius ex spatio annorum intermediorum demonstrat, II, 7, 5.

Ca.

Per.	V. C.	Ante	VELLEIANA.	179
Iul.	Dion.	Vin.		
4593	632	150	Cn. Demetrius Abenobarbus, consul, nobilem ex Aruernis consequitur victoriam. Vellei. II, 10, 2. Opimius, vir consularis, damnatur iudicio publico; et quum propter scitiam ipse sibi minorem acquisisset auctoritatem, nulla ciuilis ipsum persequitur misericordia. Velleius II, 7, n. 3. 5.	
4596	635	147	Narbo Marcius in Gallia, Porcio Catone et Marcio Rege coss. deducta est; non annis tribus ultra cl, sed tribus annis minus cl, ante consulatum Vinicii. Vellei. I, 15, 5. II, 8, 1. Eutrop. IV, 10, 3.	
4600	639	143	M. Acilius Balbus et C. Porcius Cato, consules. Vellei. II, 8, 1.	
4601	640	142	Cn. Papirius Carbo, consul hoc anno, et orator eximius, collega fuit C. Cacilio Merello Caprario. Vellei. II, 9, 1. C. Caro, vir consularis, M. Catonis nepos, <i>reperundarum ex Macedonia damnatur</i> . Duo Merelli fratres vno die triumphant, ex Thracia et Sardinia. II, 8, 1. 2. Cimbri et Teutoni, Germanæ gentes, transcendunt Rhenum.	
			H 6	qui-

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	180 CHRONOLOGIA
			quibuscum Romani XII annis bellum gesserunt. Vellei. II, 8, 3. <i>Cnæus Papirius Carbo</i> , huius anni consul, ab ipsis in Gallia superatur, quo fugato, ipsi in Italiam transeunt. Velleius II, 12, 2. Eutrop. IV, 10, 5.
4603	642	140	<i>Bellum Iugurthinum</i> ceptum est <i>P. Cornelio Scipione Nasica</i> et <i>L. Calpurnio Bestia</i> consuli- bus. Velleius II, 11.
4605	644	138	<i>Q. Cæcilius Metellus</i> consul, postea dictus <i>Numidicus</i> , bel- lum cum Iugurtha gerit vs- que in tertium annum; Col- legam in consulatu habuit <i>M. Iulium Silanum</i> , legatum vero in Numidia <i>C. Mirum</i> . Vel- leius II, 11, 1. 2. <i>M. Iulius Si- lanus</i> contra Cimbro pugnans, ab ipsis funditur et exercitu exaitur. Vellei. II, 12, 2. Flor. III, 3, 4.
4606	645	137	<i>M. Aurelius Scaurus</i> , <i>Q. Hor- tensio</i> in consulatu suffectus, in bello Cimbrico a barbaris trucidatur. Velleius II, 12, 2.
4607	646	136	<i>C. Marius</i> , cum <i>Cassio Longino</i> huius anni consul factus, belli aduersus Iugurtham a <i>Merello</i> Nn-

Per. V. C. Ante
Iul. Dion. Vin.

VELLEIANA. 181

Numidico pane patrati summam sibi commissam accipit. Vellei. II, 11, 2. 3. Iam tunc habebat *L. Sullam* copulatum sibi *quaestorem*, et per eum, missum ad regem Bocchum, *Iugurtha* rege potitus est. Vellei. II, 12, 1. Annus ante Vinicium erat CXXXVI, non CXXXVIII, ut hodie in Velleio legitur.

4608 647 135 Consulatus *C. Atilii Serrani* et *Q. Seruili Capionis*, Vellei. I, 53, n. 3. Hic *Capio* a Cimbris et Teutonis, contra quos pugnabat, fugatur, et castris priuatur. Vellei. II, 12, 2. Flor. III, 3, 4. Fortunam eandem aduersam in hoc bello, iam ante *Capionis* cladem, expertus est *M. Manilius* s. *Manlius*, consul *Atilio* suffectus, qui in fastis exstantibus desideratur. Flor. III, 3, 4. Eutrop. V, 1, 1. Hoc anno, pridie kalendas Octobris, nascitur *Cnaeus Pompeius magnus*, viuitque annos LVIII. Velleius II, 53, n. 3. 4.

4609 648 134 *C. Marius* iterum designatus consul, in urbem Romam reuertitur, *capitium* secum ducens
H 7 Iugur.

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	182 CHRONOLOGIA
			<i>Iugurtham</i> regem. Vellei. II, 12, 1. <i>C. Manlius</i> consul, et <i>Servilius Capio</i> proconsul, a Cimbris victi, et exercitu exuti, Vellei. II, 12, 2.
4610	649	133	<i>C. Marius secundi consulatus</i> initio, kalendis Ianuariis, <i>Iugurtham</i> in triumpho duxit. Collega consulatus eo anno ipsi erat <i>C. Flavius Fimbria</i> . Vellei. II, 12, 1. Bellum <i>Mario contra Cimbro</i> s <i>Tentonosque</i> decernitur. Eutrop. V, 1, 3. Flor. III, 3, 5. Vellei. II, 12, 2.
4611	650	132	Consulatus <i>C. Marii tertius</i> , in quo collegam habuit <i>L. Aurelium Orestem</i> . Hunc annum <i>Marius</i> in apparatu belli adversus Cimbro>s consumpsit. Vellei. II, 12, 3. Flor. III, 3, 5. 6. Eutrop. V, 1, 4.
4612	651	131	<i>C. Marius quartum consul</i> , etiam collega hoc anno fuit <i>L. Lucatius Catulus</i> , trans Alpes circa <i>Aquas Sextias</i> cum <i>Tentonis</i> conflixit, et gravi eos clade affecti. Velleius II, 12, 4.
4613	652	130	<i>C. Marius quinto consulatus</i> , ipse consul et <i>Q. Lucatius Catulus</i> proconsul, circa Alpes in

CAD.

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	VELLEIANA. 183
4614	653	129	campis Raudiis, contra Cim- bros fortunatissimo decertauere prælio. Vellei. II, 12, 5. <i>Sextus consularis C. Mario</i> veluti præmium meritorum datus; quo furorem <i>Seruii</i> <i>Glaucia</i> et <i>L. Saturnini Apu-</i> <i>leii</i> , tribunorum plebis, armis compefcuit, et optimates sedi- tiosos morte multauit. Velle- ius II, 12, 6. Hic <i>Saturninus</i> <i>Q. Cæcilius Metellus Numi-</i> <i>dicum</i> , quod solus in leges eius iurare noluerat, in exilium abi- re iussit. Vellei. II, 15, 5. c. 45, 3. Flor. III, 16. <i>Eporædia</i> in Va- giennis colonia deducta, <i>Ma-</i> <i>rio sexiens</i> et <i>Valerio Flacco</i> coff., annis XVIII (non XXIII, vt in Velleio legitur) post Nar- bonensem coloniam deductam. Vellei. I, 15, 5. 4615 654 128 <i>Q. Metellus pius</i> , patrem <i>Q. Me-</i> <i>rellum Numidicum</i> , superiore anno a <i>L. Saturnino</i> ciuitate expulsum, pietate sua, auctori- tate senatus, et consensu reipu- blicæ, restituit. Velleius II, 15, 4. 5. c. 45, 3. 4622 661 121 <i>Coss. L. Marcus Philippus</i> et <i>Ser.</i>

Sex. Iulius Cæsar. His coff. *tribunatum* inuit *M. Linius Drusus*, qui, quum senatui restituere cuperet decus, senatum habuit aduersarium, et non diu postea fuit interfectus. Vellei II, c. 13 et 14. Hæc *Drusi mors*, deinde tumescens, *bellum excitauit Italicum*; quod malum, ab *Asculanis* ortum, et a *Marfis* mox exceptum, in omnes postea penetravit regiones *Italicæ*. Velleius II, 15, 2.

4623 662 120 Coff. *L. Iulius Cæsar* et *P. Rutilius*. His coff. *bellum* exarsit *Italicum*, etiam *social* et *Marficum* dictum, quo vniuersa Italia arma aduersus Romanos cepit. Vellei. II, 15, n. 2. 3. 4. c. 16, 1. *P. Rutilius*, consulum alter, hoc anno in prælio contra *Marsos* ab hostibus est occisus. Velleius II, 16, 4. Eutrop. V, 2, 2.

4624 663 119 Coff. *Cn. Pompeius Strabo* et *L. Porcius Caro*. Horum postremus, nec non *Capio*, nobilis iuuenis, bello sociali hoc anno interfecti. Vellei. II, 16, 4. Eutrop. V, 2, 2. *Cn. Pompeius Strabo* consul, Pompeii pater, *Ascu-*

Per. V. C. Ante
Iul. Dion. Vin.

VELLEIANA. 185

4625

664

118

Aesculum capit, circa quam urbem atrox praelium exercitus utrique ante gesserant. Velleius II, 21, 1. c. 15, 4. c. 16, 4.

Q. Caelius Merellus Pius, Numidici filius, et *T. Didius*, hoc anno fuerunt *consules*, non obstantibus fastis, qui supersunt, ubi post *coff. M. Antonium* et *A. Postumium*, in annum V. C. Catonianum s. Dionysianum DCLV referuntur. *Q. Merellus Pius*, consul durante bello Italico factus, clarissimus fuit imperator, sub quo populi Romani vires paulatim refectae sunt. Vellei. II, 15, 4. c. 16, 5. *Minaeus Magius*, Velleii Patereuli atavus, Aesculanensis, cum legione, quam ipse conscripserat, *Herculaneum* simul cum *T. Didio*, altero huius anni consule, cepit. Vellei. II, 16, 2. *Mithridates*, rex Ponti, occupata Asia regione, ciues in ea Romanos necat; hinc bellum exarsit *Mithridaticum*. Velleius II, 18, n. 1. 2. 3.

4626

665

117

Finito maxima ex parte bello Italico, *L. Cornelius Sulla* et *Q. Pom-*

Q. Pompeius Rufus consula-
tum ineunt. *Sulla* exercitum
in Campania, vbi belli *Nolani*
manebant reliquæ, paulisper
tenens, *Pompeios* oppidum cum
Minatio Magio oppugnat. Is
Magius ulterius deinde pro-
gressus, *Cosam* etiam occupat.
Vellei. II, 16, 2. c. 17, 1. c. 18, 4.
Eutrop. V, 3, 3. Huius pietati
populus Romanus gratiam vt
referret, ipsum viritum ciuitate
donauit, duosque eius filios crea-
uit prætores, quum tene adhuc
crearentur. Vellei. II, 16, 4.
Bellum hoc anno *Mithridati*
inducitur, et *Sulla* contra ipsum
mittendus designatur: At *Ma-
rius* per *C. Sulpicium* curat ab-
rogandum ipsi imperium. *Sul-
la* igitur *Romam* veniens, *Sul-
picium* necat, et *Marium* cum
filio fugat, qui in *Africam* exu-
latum se recipit. Vellei. II, 18,
n. 4. 5. 6. c. 19. *Q. Pompeius*
consul, collega *Sullæ*, occiditur
seditione ab exercitu *Cn. Pom-
peii* proconsulis, Vellei. II, 19,
1. 2.

4627	666	116	<i>Cn. Octavius</i> et <i>L. Cornelius Cinna</i>
------	-----	-----	--

Per. V. C. Ante
Iul. Dion. Vin.

VELLEIANA. 187

Cinna consules. Huic *Cinna* ob leges perniciosas abrogatur consulatus, suffiiturque ipsi *L. Cornelius Merula*, flamen Dialis. Vellei. II, 20, n. 2. 3. *Cinna* vero, receptus ab exercitu, patriæ bellum illaturus, *C. Marium* cum filio de exilio reuocat. c. 20, 4. 5. Romam igitur quum *Cinna* tenderet, confligit cum ipso *Cn. Pompeius*, Pompeii magni pater, infelici prælio prope urbem; qui, eo peracto, mox mortem obiit. Vellei. II, 21, 1-4. Tum *Cinna* et *Marius*, crudeli victoria usi, Romam occupant, occisis ibi *Cn. Octauio* et *Merula* consulibus, *M. Antonio*, aliisque multis: *Q. Catulus* etiam tunc periit. c. 22.

4628 667 115 Consulatus *Cinna* secundus et *C. Marii* septimus, cui existimato suffectus est *L. Valerius Flaccus*. *Sulla* cum *Mithridate* in Græcia bellum gerit, et Athenas eiecto hostium præsidio expugnat. Vellei. II, 23, 3. 4.

4629 668 114 Consules *L. Cornelius Cinna III*, et *Cn. Papirius Carbo*. *Sulla*,

4630

669

113

Sulla, Thracibus deuictis, in Asiam transgreditur, et *Mithridatem* superat. Vellei. II, 23, 6. *Valerius Flaccus*, vir consularis, a *C. Flauio Fimbria* interficitur. II, 24, 1.

Cn. Papirius Carbo II, et *L. Cornelius Cinna* IV consules. Vellei. II, 24, 3. 4. *Mithridates* tandem *Sulla* supplex factus, multatur pecunia ac parte nauium, cogitur etiam decedere ex Asia aliisque occupatis prouinciis; *Sulla* ipsum *Ponticis* finibus contentum esse iubente. Vellei. II, 23, 6. Eo transmarinas res componente, *C. Flauius Fimbria*, imperator appellatus, se ipsum interemit, et *P. Lenas* Sex. *Lucilium* saxo Tarpeio deiecit. Tum *Sulla* redit in Italiam: ante cuius aduentum consul *Cinna* est interfectus; *Carbo* autem, nullo suffecto collega, solus toto anno consul fuit. Vellei. II, 24, n. 1-4. Sub aduentum *Sullæ* *Cn. Pompeius magnus*, ad vindicandam dignitatem patriæ, contraxit exercitum. Vellei. II, 29, 1.

Coff.

Per.	V. C.	Ante	
Iul.	Dion.	Vin.	
4631	670	112	Coss. L. Cornelius Scipio <i>Africanus</i> , et C. Norbanus Flaccus, ambo a Sulla superantur. Velleius II, 25, n. 2. 4.
4632	671	111	C. Marius <i>junior</i> , consul cum Cn. Papirio Carbone III. apud Sacriportum <i>pulsus a Sulla acie</i> , Præneste se contulit. Vellei. II, 26, 1. 2. 3. Victi etiam hostes a duobus <i>Serviliis</i> apud Clusium, a Metello Pio apud Faventiam, a M. Lucullo circa Fidentiam. II, 28, 1. <i>Telesinus</i> deinde kal. Decembris cum Sulla dimicavit, et postera die occisus est: Hæc fuit <i>Sullana victoria</i> . II, 27, 1. 2. 3. Tum C. Mario etiam occiso, adsumpsit Sulla nomen <i>Felicis</i> . II, 27, 4. 5. Sulla <i>dictator</i> creatur, et immodicæ crudelitatis licentia vitur, II, 28, 2. 3.
4635	674	108	P. Servilius <i>Vatia Isauricus</i> et Appius Claudius Pulcher, consules. Vellei. II, 39, 2.
4636	675	107	Bellum cum Sertorio exoritur in Hispania, contra quem Q. Metellus mittitur. Vellei. II, 29, 4. Q. Catuli consulis auctoritas et verecundia, quum Pompeio bellum Hispanicum decer-

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	190 CHRONOLOGIA
			decerneretur, memoratur a Velleio II, 32, 1. 2.
4673	676	106	<i>Pompeius</i> in Hispaniam aduersus Sertorium missus, Metello iungitur. Vell. II, 29, 4. <i>P. Servilius Isauricus</i> , consularis, Ciliciam subigit, Lyciæ vrbes clarissimas capit, Isauros in ditionem redigit. Intra triennium bello finem dedit. Primus Romanorum in Tauro fuit. Eutrop. VI, 3. Vellei. II, 39, 2.
4638	677	105	<i>Cn. Octavius</i> et <i>C. Scribonius Curio</i> consules. <i>Geminus Pompeii</i> confictus cum <i>Sertorio</i> , dubio euentu. Liv. lib. 92. Eutrop. VI, 1, 4.
4639	678	104	<i>C. Octavius</i> et <i>C. Aurelius Cotta</i> consules. Is <i>Cotta</i> iudicandi munus æqualiter inter ordinem equestrem et senatorium partitus est. Velleius l. c. <i>Bithynia</i> testamento, <i>Nicomedis</i> , regis vltimi, Romanis prouincia relinquitur hæreditaria. Vellei. II, 39, 2. c. 4, 1.
4640	679	103	<i>L. Licinius Lucullus</i> , <i>M. Aurelius Cotta</i> consules, Vellei. II, 33, 1. <i>Mithridates</i> cum <i>Sertorio</i> fœdus init, et bellum contra Roma-

			<i>Romanos instaurat.</i> Liv. lib. 93. et 94. <i>Bellum piraticum</i> in Cilicia et Pamphilia incipit. Vellei. II, 31, 2. c. 33, 1. <i>P. Servilius Vatia</i> , ex Asia victor revertens, triumphum accipit, nomenque <i>Isaurici</i> meruit. Vellei. II, 39, 2. Eutrop. VI, 3.
4641	680	102	<i>Bellum</i> exoritur <i>servile</i> gladiatorum LXIV, quos <i>M. Licinius Crassus</i> proconsul superavit. Vellei. II, 30, 5. 6. <i>L. Lucullus</i> ex consulatu sortitus Asiam, <i>Mithridati</i> opponitur, quem multis locis fundit: eius gesta et mores refert Velleius II, 33. n. 1. 2. 4.
4643	682	100	<i>M. Perperna Sertorium</i> inter cœnam interficit. Velleius II, 30, 1. <i>Metellus</i> et <i>Cnæus Pompeius magnus</i> ex Hispanis triumpharunt; et hic quidem ultimo huius anni die, ante, quam consulatum iniret, curru triumphali urbem est inuectus. Vellei. II, 30, 2.
4644	683	99	<i>Cn. Pompeius Magnus</i> et <i>M. Licinius Crassus</i> consules. Vellei. II, 30, 2. <i>Pompeius</i> , qui primus curru urbem triumphans

- phans inuestus erat, hoc consulatu tribuniciam potestatem restituit: iuravit etiam, se in nullam provinciam durante consulatu iturum. Velleius II, 30, 4. c. 31, 2. *M. Antonius* prator fuit hoc anno. Vellei. II, 31, 3.
- 4645 684 98 *Q. Hortensius Orator* et *Q. Cæcilius Metellus* consules. Vellei. II, 34, 1. *L. Lucullus* hoc et sequente anno *Mitridatem* et *Tigranem* multis præliis fudit et infringit. Vellei. II, 39, 1. 2. c. 37, 2.
- 4646 685 97 *Bellum Creticum*, contra *Panarem* et *Lasthenem* duces a proconsule *Q. Cæcilio Metello* gestum, hoc anno sumit initium. Vell. II, 38, 6. c. 34, 1. 3. *A. Gabinius* tribunus legem promulgat de uno imperatore contra prædones constituendo; cupiens, ut *Cn. Pompeius* ad eos opprimendos mitteretur. Vellei. II, 31, n. 1. 2. 3. *Tigranes* et *Mitridates* iterum victi a *L. Lucullo*. Vellei. II, 33, 1.
- 4647 686 96 *Cn. Pompeius* magnus, prædones, multis præliis ante victos, circa

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	VELLEIANA. 193
			circa Ciliciam classe adgressus fundit fugatque, bello piratico feliciter finem imponens. Vellei. II, 32, 4. 5. c. 33, 1. Mox deinde, lege Manilii tribuni, designatur Luculli loco imperator contra Mithridatem c. 33, 1.
4648	687	95	Mithridates, a Cnæo Pompeio prælio superatus, ad Tigranem fugit in Armeniam. Simul itaque duos persequitur Pompeius, et Tigrane fuso, provincias ab ipso occupatas eripit, finem imperii huius regis terminans Armeniam. Vell. II, 37.
4649	688	94	Cn. Pompeius magnus, Mithridatem persequens, regiones Mediam, Albaniam, Iberiam cum victoria penetrat. Vellei. II, 40, 1. Eo tempore facta est coniuratio Sergii Catilinæ, Lentulique et Cethegi, aliorumque, contra senatum Romanum. Velleius II, 34, 3. Panares et Lasthenes, Cretensum duces, qui per triennium Romanos exercitus fatigauerant, a Q. Metello tandem superantur. Vellei. II, 34, 1.
4650	689	93	Mithridates tandem auspiciis C. Vell. Paterc. I Cn.

			<i>Gn. Pompeii, insidiis filii Pharnacis, oppressus, seipsum perimit. Vellei. II, 40, 1.</i>
4651	690	92	Consulatus <i>M. Tullii Ciceronis</i> et <i>C. Antonii. Catilinaria coniuratio</i> a Cicerone <i>deregitur. Vellei. II, 34, 3. 4. M. Porcius Cato</i> tribunus plebis designatur. <i>Vellei. II, 35, 3. Diuus Augustus nascitur</i> , anno <i>LXXXII</i> (ita legendum, non <i>LXXXII</i>) ante consulatum <i>Vinicii. Vell. II, 36, 1. L. Lucullus</i> triumphat, <i>Vellei. II, 40, 6. c. 34, 2. Is luxuriae apud Romanos primus auctor fuit, Xerxes togatus</i> a <i>Pompeio</i> magno vocatus. <i>Vell. II, 33, 4. C. Iulius Caesar</i> fit <i>pontifex maximus</i> , in <i>Cotta</i> consularis locum. <i>Vellei. II, 43, 1. Dio lib. 37. Creta insula, Q. Metelli</i> proconsulis ductu sine longissimae libertatis multata, <i>redigitur</i> tandem in <i>populi Romani potestatem</i> , fitque provincia Romana. <i>Vellei. II, 34, 1. c. 38, 6.</i>
4652	691	91	<i>Q. Caelius Metellus</i> , qui <i>Cretici</i> cognomen meruit, triumphat ex <i>Creta insula. Vellei. II, 34, 2.</i>

			34, 2. c. 40, 6. <i>Catilina</i> in prælio fortiter dimicans, spiri- tum, quem supplicio debuerat, reddidit. Vellei. II, 35, 5. <i>Ti. Am- pius</i> et <i>T. Labienus</i> , tribuni plebis, legem ferunt de cul- tu triumphantium. Vellei. II, 40, 4. <i>Cn. Pompeius magnus</i> , victor omnium, quas adierat, gentium, <i>reuerit in Italiam</i> ; omnique Brundisii dimisso ex- ercitu, nomen tantummodo imperatoris retinens, cum pri- vato comitatu <i>in urbem redit</i> . Velleius II, 40, 2. 3.
4653	692	90	<i>Cn. Pompeius magnus</i> , Romam reuerſus, <i>tertium</i> et magnifi- centiſſimum, de regibus et gentibus deuictis, per biduum agit <i>triumphum</i> . Velleius II, 40, 3. 4. 5. Consules hoc anno <i>M. Papius Calpurnius Piso</i> et <i>M. Valerius Messala Niger</i> . Vellei. II, 41, 2.
4654	693	89	<i>M. Piso</i> , consularis, <i>Anniam</i> , quæ <i>Cinna</i> vxor fuerat, <i>in</i> <i>Sullæ</i> dimisit gratiam. Vellei. II, 41, 2.
4655	694	88	<i>C. Iulii Caesaris</i> consulatus cum collega <i>M. Calpurnio Bibulo</i> . I 2 Vel-

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	196 CHRONOLOGIA
			Vellei. II, 41, 1. c. 44, 1. 5. annis cui post Capuam Romanis de- ditam, c. 44, 4.
4656	692	87	Galliae C. Iulio Caesari in quin- quennium decreta; hinc belli Gallici initium. Vellei. II, 44, 5. P. Clodius Ciceroni diem dicit, qui mox in exilium abire ius- sus, ibi menses sedecim, seu biennium non completum, mansit. Velleius II, 45, 1. 2.
4657	696	86	Cicero virtute T. Annii Milonis intra biennium restituitur. Vel- lei. II, 45, 3.
4658	697	85	M. Catonis expeditio in Cy- prum. Velleius II, 45, 4. 5. Flor. III, 9.
4659	698	84	Iulius Caesar in Britanniam traiecit exercitum, quum inui- ctum par consulum Cn. Pom- peius magnus et M. Licinius Crassus, alterum inire consula- tum. Velleius II, 45, 1. c. 48, 1. Crasso, bellum Parthicum in animo molienti, Syria decerni- tur. Vellei. II, 45, 2.
4660	699	83	Iulius Caesar totam Britanniam Romanis tributariam facit, quam hoc anno iterum pene- travit. Vell. II, 47, 1. Flor. III, 10. M. Cras-

Jul.	Dion.	Vin.	
4661	700	82	<i>M. Crassus</i> , Euphratem transgressus, ab Orode Parthorum rege apud Carrhas sexto Idus Iunii interimitur: maiore parte Romani exercitus amissa, reliquias legionum <i>C. Cassius</i> conseruat, <i>Syriam</i> que in populi Romani potestate retinet. Vellei. II, 46, 4. 5.
4662	701	81	Consulatus tertius soli <i>Cn. Pompeio</i> defertur, quum <i>Iulius Cæsar</i> septimo anno in Galliis moraretur. <i>Iulia</i> , Pompeii vxor, moritur. Flor. IV, 2. Vellei. II, 47, 2. <i>P. Clodius</i> a <i>T. Annio Milone</i> in via Appia circa Bouillas iugulatur. <i>Milonem</i> damnatum <i>Cicero</i> oratione defendit, et <i>M. Cato</i> palam lata absoluit sententia. Vellei. II, 47, 4. 5. <i>Pompeius Hispanias</i> tribus annis absens per <i>Afranium</i> et <i>Petreium</i> legatos administrat. Vellei. II, 48, 1. Flor. IV, 2, 26.
4663	702	80	<i>Cn. Pompeius Magnus</i> grauissima tentatur valitudine in Campania, biennio ante eruptionem belli ciuilib. Vellei. II, 48, 2.

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	198 CHRONOLOGIA
4665	704	78	<i>C. Claudio Marcello et L. Cornelio Lentulo</i> cons. bellum civile inter <i>Caesarem</i> et <i>Pompeium</i> exarsit. <i>Caesar</i> prima vice <i>Dictator</i> ad semestre spatium creatur. De his <i>Velleius II</i> , 48, 3. c. 49 et 50.
4666	705	77	<i>Pugna Pharsalica</i> , qua peracta <i>Pompeius magnus</i> in <i>Aegyptum</i> fugatus, ibi iugulatur pridie natalem ipsius, h. e. die 30 <i>Augusti</i> , cons. <i>C. Iulio Caesare</i> iterum, et <i>P. Servilio Varræ Isaurico</i> . Hinc initium monarchie <i>Iulii Caesaris</i> , et belli <i>Africani</i> <i>L. Alexandrini</i> . <i>Velleius II</i> , c. 51 - 55. <i>Caesar</i> <i>Pompeio</i> mortuo <i>Dictator</i> secunda vice creatur in integrum annum, et <i>Consulatum</i> quinque continuis annis gerendum accipit.
4668	707	75	* Hoc anno <i>Iulius Caesar</i> annis <i>Romani</i> formam correxit, quare circa kalendas <i>Octobris</i> cepit annus, qui vulgo <i>confusionis</i> dicitur, et 445 dies habuit; de quo videndus <i>Petavius</i> de doctrina temporum lib. X. c. 59.
4669	708	74	<i>Iulii Caesaris</i> bellum <i>Hispaniense</i> ,

Per. V. C. Ante
Iul. Dion. Vin.

VELLEIANA. 199

se, et ultima ad Mundam pugna,
qua Cn. Pompeius, Pompeii
magni filius, interemtus est.
Cæsar deinde, omnium nunc
victor, in urbem redit mense
Octobri. Vellei. II, c. 55. 56.
Primus hic ordinationis Iulia-
næ annus numeratur, a kalen-
dis Ianuariis iniens. Censorin.
de die natali c. 20.

4670 709 73

C. Iulius Cæsar idibus Martiis
Romæ interficitur, annos natus
LVII. Cui successit C. Octa-
vius, a Cæsare adoptatus, et
postea C. Cæsar Octavianus
Augustus dictus. Huc perti-
nent, quæ Velleius refert II,
56, 3. 4. c. 57-61.

4671 710 72

A. Hirtius et C. Vibius Pansa
consules, Vellei. II, 61, 3. C.
Cæsari Octaviano imperium ex-
traordinarium a Senatu da-
tur, cum consularibus orna-
mentis. Tum die 29 mensis
Augusti primum consularum
suscepit, collega Q. Pedio, qui
dies postea eius emortalis fuit.
Vellei II, 65, 2. Cicero vii idus
Decembris occiditur. Trium-
viratus Octavii, Antonii et Le-
pidi

I 4

pidi

pidi constituitur, initium su-
mens v kalend. Decembr. Huc
Velleii lib. II. capita 61-69.
4672 711 71 *Cassii* et *Bruzi*, interfectorum
Iulii Caesaris, interitus. *Tibe-*
rii Caesaris natalis. Hoc et alia
huius anni habet Velleius lib.
II. c. 70-75.
4673 712 70 *Antonius*, transmarinas pro-
vincias aditurus, in Asiam ve-
nit; *Octavianus Caesar* vero in
Italiam se recipit. Hæc et alia
apud Velleium libro II. c. 74.
4674 713 69 *Parthi*, ineunte vere in Syriam
irrupunt, eamque *Pacoro* et
Labieno ducibus subigunt. *Cæ-*
sare absente bellum in *Campan-*
nia oritur, quod eius aduentu
discussum est. *C. Velleius*,
Velleii Patereuli auus, gravis
iam ætate et corpore, gladio se
ipse hoc bello transiit. Pax
deinde inter *Cæsarem* et *Anto-*
nium circa Brundisium compo-
sita. Vell. II, 75 et 76. 78, 1.
4675 714 68 *Gravis* *Romam* *annonæ* vrebatur,
mari tunc per prædones infe-
stato. Cum *Pompeio* quoque
triumviri pacem circa *Mise-*
num *ineunt*, cui *Siciliam* et
Acha-

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	VELLEIANA. 201
			Achaïam concedunt. <i>Ventidius</i> , ab Antonio in Asiam præmissus, <i>Parthos prælio vincit</i> , <i>Labiëno</i> et <i>Phraate</i> ducibus <i>caësis</i> . Hæc et alia Velleius II, c. 77 et 78, 2. 3.
4676	715	67	<i>Ventidius Pacorum</i> , Parthos ducentem, fraude usus, <i>vincit</i> fugatque, ea die, qua <i>Crassi clades</i> contigerat: <i>Pacorus</i> ipse tunc etiam extinctus est. Velleius II, 78, 1.
4683	722	60	C. Octaviano Casare tertium, et M. Valerio Messala consularibus, habita est pugna apud Actium inter Augustum et Antonium, die 2. Septembris: victi Antonius et Cleopatra ab Augusto, fuga se in Aegyptum receperunt. Annorum monarchiæ Augusti initium. Velleius II, c. 84-86.
4684	723	59	C. Caesar Octavianus per Syriam in Aegyptum venit: Antonius et Cleopatra sibi mortem inferunt, et Aegyptus fit provincia Romana. Hæc et alia Velleius II, c. 87-89.
4685	724	58	Iani templum claudit Augustus VIII idus Ianuar. Dio l. 51.

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	202 CHRONOLOGIA
4687	726	56	Idem <i>Octavianus</i> a senatu Romano nomen <i>Augusti</i> accepit ante diem xvi. kal. Februarii. Censorin. de die natali c. 21. hinc <i>Augustorum</i> epocha deducta. Vellei. II, 91, 1.
4688	727	55	<i>Augustus</i> Cantabros bello petiit: quibus post quinquennium perdomitis, tota denique pacatur Hispania. Flor. IV, 12, 49 sqq. Vellei. II, 1.
4689	728	54	Iani templum iterum ab <i>Augusto</i> clauditur. Flor. IV, 12.
4693	732	50	Hispania tandem <i>Augusti</i> auspiciis pacata, quum in ea dimicatum esset Romanis per annos cc. Vellei. II, 90, 1. 2. 4. Flor. II, 17, 5.
4694	733	49	<i>M. Marcellus</i> , sororis <i>Augusti</i> <i>Octaviae</i> filius, decessit. Eo mortuo, <i>Agrippa</i> in Asiam proficiscitur, transmarinas provincias administraturus. Vellei. II, 93, 2. 3. <i>Augustus</i> huius anni æstate in Syriam venit, Dio lib. 51.
4695	734	48	Signa Romana, quæ <i>Crasso</i> oppresso <i>Orodes</i> et <i>Antonio</i> pulso filius eius <i>Phraates</i> ceperant, <i>Augusto</i> remittuntur a Par-

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	VELLEIANA. 203
			Parthorum rege. Vellei. II, 91, 1. Flor. IV, 12, 63. Dio lib. 53. <i>Velleius Paternulus</i> hoc anno natus videtur, ut demonstravit <i>Dodwellus</i> in annalibus Vel- leianis, n. 8. <i>C. Sennius Satur-</i> <i>ninus</i> consul hoc anno, de quo narrat Velleius II, 92.
4696	735	47	<i>Caius</i> , Agrippæ filius, ex <i>Iulia</i> Augusti filia natus, ab Augu- sto adoptatur. Velleius II, 96, 1.
4697	736	46	<i>Lucius</i> , alter Agrippæ filius, ab Augusto adoptatur. Vellei. l. c.
4698	737	45	<i>M. Lollius</i> legati accepta in <i>Ger-</i> <i>mania</i> clades et interitus. Vel- lei. II, 97, 1. Dio lib. 54.
4699	738	44	<i>Claudius Drusus</i> et <i>Claudius</i> <i>Tiberius Nero</i> , <i>Rhaetor</i> et <i>Vin-</i> <i>delicos</i> adgressi, vincunt et per- domant. Vellei. II, 95, 2.
4701	740	42	Primus <i>Tiberii Neronis</i> consu- latus. Vellei. II, 99, 1. <i>Agrippa</i> ex Syria in Italiam reuersus, filiam Augusti <i>Iuliam</i> , <i>Mar-</i> <i>celli</i> viduam, ducit uxorem. Vellei. II, 93, 3.
4702	741	41	<i>Mors Agrippæ</i> , quæ hoc anno contigit in Campania, <i>Tibe-</i> <i>rium Neronem</i> propius Cæ- sari admonuit; quippe filia eius <i>Iulia</i> ,

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	204 CHRONOLOGIA
			<i>Iulia</i> , quæ fuerat Agrippæ nupta, Neroni nupsit. Vellei. II, 96, 1. Subinde bellum Pannonicum per Neronem hoc tempore gestum est, qui inde victoriam reportauit. II, 96, 2. 3.
4703	742	40	<i>Claudius Drusus</i> , Tiberii Neronis frater, cui cura atque onus belli Germanici delegata, <i>Catzos et Sicambros superat</i> . Vellei. II, 97, 2. Flor. IV, 12. Bellum in Thracia oritur, quod <i>L. Piso</i> , Augusti legatus, post trisenium compressit. Vellei. II, 98.
4704	743	39	* <i>Flamines Diales restituti</i> annis LXXVI post occisum <i>Merulam</i> , qui antecedentium ultimus fuerat. Dio lib. 54. Tacit. annal. lib. 3.
4705	744	38	<i>Claudius Drusus</i> , huius anni consul, magna ex parte dominus Germaniæ, moritur. Vellei. II, 97, 3. <i>Cl. Tiberius Nero</i> de <i>Dalmatis et Pannoniis</i> ouans triumphat. II, 96, 3.
4706	745	37	<i>Mæcenas</i> et <i>Q. Horatius Flaccus</i> moriuntur. <i>Tiberius Nero</i> , in quem moles belli Germanici post <i>Drusi</i> mortem translata erat, peragratus victor omnes

			omnes partes Germaniae, eam perdomat. Velleius II, 97, 4.
			<i>Bellum Thracicum</i> L. Piso componit, quo ipso Asia securitatem, Macedoniae pacem reddidit. Vellei. II, 98, 2. Flor. IV, 12.
4707	746	36	Tiberius Claudius Nero iterum, et Cn. Calpurnius Piso consules. Vellei. II, 97, 4. c. 99, 1. Consul Tiberius kalendis Ianuariis alterum agit triumphum de Germanis, II, 97, 4.
4708	747	35	Tiberius Nero, tribunitiae potestatis consortione, Augusto Caesari aequatur. Vellei. II, 99, 1. Hoc tempore Iani fores tertia vice ab Augusto clausae, secundum Pagium.
4709	748	34	Caio Caesari, annum xiv vitae egresso, quum togam virilem accepisset, ab Augusto consulatus post annos quinque destinatur: Tiberio autem Armenia attribuitur, qui eam non adiit, sed Rhodum hoc anno se contulit, ubi in septimum usque annum permansit. Vellei. II, 99, 2. 4. Dio lib. 55.
4712	751	31	Lucio Caesari Augustus togam dat virilem, cui, in forum deducto,

ducto, consulatum post quin-
quennium designat. Dio lib. 55.
Norisi cenotaphia Pisana dis-
sert. 2. *Parthus* desciscens, a
societate Romana, adiecit *Ar-*
menia manum, et *Germania*
rebellat. Vellei. II, 100, 1. *Aug-*
ustus naumachia spectacula
Romæ exhibet, *Martis*que tem-
plum dedicat. Eo tempore *Iu-*
lia, Augusti filia, adulteria
deteguntur et ad patrem defe-
runtur, quare in insulam re-
legata est. Vellei. II, 100, 2-5.
Caius Caesar ad bellum Parthi-
cum destinatur.

4713 752

30 *Caii Caesaris* expeditio in Ori-
entis provincias, quas ad vi-
sendum obiens, contra *Ara-*
bia incolas pugnat, ex qua in
Agyptum redit: inde in *Sy-*
riam mittitur. Vellei. II, 101, 1.
Plin. histor. lib. VI. c. 27. 67.

4714 753

29 *Caius Caesar* hoc anno consula-
tum in Syria init, et *aduersus*
Parthos proficiscens, cum eo-
rum rege in insula, quam *Eu-*
phrates ambiebat, coit. Vellei.
II, 101, 1. 2. *Bellum in Ger-*
mania sub *M. Vinicio* erupit,
quod quum per triennium pro-

Per. Iul.	V. C. Dion.	Ante Vin.	
			protraheretur, Tiberius postea ad illud profligandum legatus fuit. Vellei. II, 104, 2.
4715	754	28	C. <i>Sentius Saturninus</i> , Augusti legatus, hoc anno præest bello Germanico. Vellei. II, 105, 2. <i>Lucius Cæsar</i> , Caii Cæsaris frater, Hispanias petens, <i>Massilia decessit</i> die xxix Septembris, annos natus xx. <i>Tiberius Rodo Romam redit</i> non diu ante L. Cæsaris obitum, circa mensem Iulium. Vellei. II, 102, 4. c. 103, 1. c. 105, 2. <i>Passienus</i> et <i>Cn. Cornelius Lentulus Cossus Gætulos</i> bello vincunt, et ornamenta triumphalia hinc meruerunt. II, 116, 1. 2. Flor. IV, 12, 40.
4716	755	27	C. <i>Sentius Saturninus</i> , ex Germania reuersus, <i>consul</i> designatur. Eum laudat Velleius II, 105, 3. c. 92, 1.
4717	756	26	<i>Caius Cæsar</i> , <i>Armeniam</i> cum exercitu <i>ingressus</i> , dum <i>Atageram</i> obsidet, ab <i>Adduo</i> vulneratur; inde in <i>Italiam</i> reuersurus, in <i>Lycia</i> <i>moritur</i> die xxiv Februarii. Vellei. II, 102, 2. Eo mortuo, <i>Augustus</i> quinto kal.

kal. Iulias *Tiberium Neronem* et *M. Agrippam* adoptavit. II, 103, 3. c. 104, 1. Protinus ab adoptione mittitur *Tiberius in Germaniam*, II, 104, 2. simulque cum eo *Velleius Paterculus*, praefectus equitum, patris sui successor; qui *Tiberii operum* per annos IX continuos fuit praefectus aut legatus, spectator et adiutor. II, 104, 3. Aestiva *Tiberii* militaria incipiunt a fine Iunii, quando venit in Germaniam: ibi hoc anno subacti *Caninefates*, *Attuarii*, *Bructeri*; recepti in fidem *Cherusci*; transitus *Visurgis*, penetrata *Germaniae* ulteriora, II, 105, 1. et pax prima *Germanis* concessa a *Tiberio*, Dio lib. 55. Produxit aestiva in mensem usque *Decembrem*, quo in mediis *Germaniae* finibus, ad caput *Lupiae* fluminis, hiberna locavit *Tiberius* digrediens; inde tandem, pæne obstructis hieme *Alpibus*, *Romam* rediit. *Vellei*, II, 105, 4. Hæc prima fuit *Tiberii in Germanos* expeditio, et primus annus belli *Germanici*,

ab

Per. Aul.	V. C. Dion.	Ante Vin.
--------------	----------------	--------------

4718

757

25

ab ipso gesti. Eodem tempo-
re *Maroboduus*, Marcomanno-
rum dux, occupato inter suos
principatu, gentem suam a Ro-
manis auocat, finitimosque aut
bello domat, aut conditionibus
iuris sui facit. *Vellei. II, 108.*

*Secunda Tiberii expeditio, se-
cundi nimirum anni hujus belli
Germanici. Vere ineunte re-
dit Tiberius in Germaniam, so-
cium huius belli habens Sen-
tium Saturninum. Vellei. II,
105, 4. Hac æstate perlustrata
armis tota fuit Germania; vi-
tæ gentes pæne nominibus in-
cognitæ; receptæ Cauchorum
nationes; fracti Langobardi;
ad quadringentesimum millia-
rium a Rheno vsque ad Albim
Romanus cum signis perductus
fuit exercitus. Vellei. II, 106,
1. 2. Classis etiam, quæ Occa-
ni Germanici circumnauigauerat
sinus, Tiberio et exercitui eius
se iunxit, citiore ripa flumi-
nis Albis occupata. II, 106, 3.
c. 107, 1. 2. Hac quum age-
rentur, Maroboduus, imperio
suo in eminens fastigium per-
ducto,*

C. Vell. Paterc.

K

ducto,

ducto, a Romanis *desciscentes Germanos recipiebat*, et ab omnibus timebatur. Vellei. II, 109, 1-4. *Hunc virum, eiusque regionem proximo anno diuersis e partibus Tiberius Cæsar adgredi statuit.* II, 109, 5. *Pace igitur secunda Germanis concessa; tam a Tiberio, quam etiam Sentii Saturnini opera, reducuntur legiones in hiberna ad Danubium, ad urbem vero ipse properat Tiberius.* II, 107, 3.

4719

758

24

Preparatis ad Danubium hibernis, Tiberius Cæsar inde exercitum amouet, diuersis e partibus Maroboduum adgressurus: Sentium Saturninum per silvam Hercyniam legiones Boiohæmum ducere iubet; et Valerius Messalinus, Illyrici præfectus, exercitum ibi merentem et Carnunto emigrantem, ducere in Marcomannos orditur. Vell. II, 110, 1. c. 109, 5. *Am-
borum copiae intra paucos dies cum Cæsare iuncturae erant; quum subito Pannonii et Dalmatæ, Maroboduus auctore, arma capiebant, quorum pars in*

Ita-

Per. V. C. Ante
Iul. Dion. Vin.

Italiam erat inuasura, pars in
Macedoniam se effuderat, Ba-
ronibus vero duobus et Pin-
nere ducibus utebantur. II, 110,
n. 2-5. Macedoniâ mox a re-
bellibus occupatâ, Italiamque
petentibus, Tiberius Germanis
pacem tertiam, celeriore prior-
ibus, concedit, atque e Ger-
mania Romam reuertitur. II,
110, 4. 6. c. 111, 1. Dio lib. 55.
an. 759. Is, belli dux ab Au-
gusto declaratus, Messalinum
durante hac æstate, huius belli
prima, præmittit in prouin-
ciam: conscriptisque legionibus
ipse Tiberius bellum suscipit,
quarum partem ab Augusto
traditam eo perduxit Velleius
Paterculus, quæstor tunc de-
signatus. II, 111, n. 3. 4. c. 112, 1.
Hostibus a Messalino Tiberio-
que fustis et fugatis, hiemis
initio Tiberius Siciliam ingres-
sus, legatos partitis præficit
hibernis. Vellei. II, 112, 1-6.
c. 113. 114, 1-3. Hoc anno
Agrippa Posthumus, ab Augu-
sto adoptatus, mortem subiit.
Vellei. II, 112, 7.

K 2

Tibe-

Tiberio et Messalino Siscia adhuc commorantibus, eo legiones conueniunt. *Tiberius* autem ex hibernis ferius mouens, cunctari videbatur *Augusto*: quare *Germanicum Caesarem*, *Drusi Germanici* filium, ipsi adiunxit, belli cum eo administrandi gratia. Milites *Augustus* addidit *Germanico*, inter quos etiam *Velleius Paterculus* meruit. Aestate iam affecta morit in Pannoniam *Germanicus*: quo ibi appulso, confluxere exercitus. Tum *Seuerum* e *Moesia* venientem adorti sunt rebelles et victi. *Germanicus* praeterea *Mazros*, gentem *Dalmaticam*, pugna victos, damnis affecit. Belli *Illyriciani* annus hic fuit primus, quo *Germanicus* et *Velleius Paterculus* *quasturam* inierunt. *Vellei*. II, 113, 3. c. 125, l. 3. Dio lib. 55. ann. 760. Hiemis, in fine huius anni, meminit *Velleius* II, 114, 4.

22 Annus belli Pannonici et Illyriciani secundus, cuius astate Pannonii pacem expetiuerunt. *Baro* et *Pines*, hostium duces, alter

Per. V. C. Ante
Iul. Dion. Vin.

VELLEIANA. 213

alter captus, alter a suis deditus fuit. Auctumno victor in hiberna reducitur exercitus, cuius omnibus copiis a Cæsare *M. Lepidus* præfectus est. Vellei. II, 114, 4. 5. Dio lib. 55. ann. 761.

4722 761

21 Annus belli *Illyriciani tertius*, quo *Dalmaticum bellum* Tiberius adgressus est, perfecitque. Româ in provinciam præmittitur Germanicus, cui mox postea aderat Tiberius: tum *Lepidus* initio æstatis, educto hibernis exercitu, etiam accessit. Magna in hoc bello virtutis experimenta dederunt *Germanicus*, *Vibius Postumus*, *L. Apronius*, nec non *Magius Celer*, Velleii Paterculi frater. De his Velleius II, c. 115 et 116. *Quintili Vari* infelix in Germaniam expeditio et clades huius anni sunt, de quibus Vellei. II. c. 117. 118. 119. 122, 3.

4723 762

20 *Tiberius Cæsar* et *Germanicus*, proximo anno a clade Vari, iterum ab Augusto in Germaniam mittitur. Laudantur hoc bello *L. Asprenas*, *L. Cædicius*,

K 3

Cal

			<i>Caldus Calius.</i> Hæc et alia Velleius II, c. 120.
4724	763	19	Et hunc annum Tiberius in Germania exegit. Res eo tempore <i>Viennenses</i> composuit. Vellei. II, 121, 1.
4725	764	18	<i>Tiberius</i> et <i>Germanicus</i> hoc anno e Germania in Urbem redeunt, Vellei. II, 104. Sueton. in Tiber. cap. 20. Triumphat postea <i>Tiberius</i> : quem triumphantem sequuntur <i>Velleius Paterculus</i> , et frater Vellei <i>Magius Celer</i> . Vellei. II, 121, 2. 3. Finiuntur hoc anno <i>continnum</i> illud <i>novennium</i> , quo Velleius Paterculus spectator et adiutor operum Tiberii in Germanica expeditione fuit. Vellei. II, 104.
4726	765	17	Hoc anno tribunatum plebis, cui antea designatus fuerat, Velleius gessit vsque ad quintum mensis Decembris. Vellei. II, 111, 3.
4727	766	16	<i>Augustus Caesar</i> obiit, Nola in Campania, die xxix Augusti, Sexto Pompeio et Sexto Apuleio consulibus, septuagesimo sexto vitæ anno: successorem im-

Per. V. C. Ante
Iul. Dion. Vin.

VELLEIANA. 215

- imperii relinquens *Claudium Tiberium Neronem*. Velleius II, c. 123. sqq. Primum principium Tiberii operum fuit ordinatio comitiorum, quam manu sua scriptam D. Augustus reliquerat. Quo tempore Velleio Paterculo, fratrique suo Magio Celeri, candidatis Caesaris, destinari conigit. Vellei. II, 123, 3. 4.
- 4728 767 15 Velleius Paterculus cum fratre Magio Celere Praetores, tam Augusti, quam Tiberii candidauit. Vellei. II, 124, 4.
- 4731 770 12 Tiberius *dolo* adhibito, qui Velleio *auctoritas* dicitur, *Capadociam* populo Romano facit stipendiarum, quum praecedenti anno ea *Archelaum* regem amisisset. Vellei. II, 39, 3. Tacit. lib. 2. annal.
- 4732 771 11 Vrbes duodecim Asiae celebres, ante biennium terrae motu collapsas, Tiberius restituit: quare ei colossus erectus iuxta aedem Veneris in foro Romano; et in vnaquaque restauratarum urbium statuae illi posita. Vellei. II, 126, 4.

K 4

Linia,

4742	781	1	<i>Linia</i> , Augusti imperatoris uxor, moritur hoc anno post mensē Ianuā. Tacit. annal. lib. 5. Velleius eius meminit in fine historiae suae, II, 130, 4. Mox cepit tunc Velleius hanc scribere historiam post medium huius anni, quo de- signatus fuit ad sequentis anni consulatum <i>Vinicius</i> : et finem operi imposuit ante, quam fasces deponerent anni urbis DCCCLXXXII (Varroniani) con- sules ordinarii. Dodwelli an- nal. Velleiani, n. 29.
4743	782	- -	Consulatus <i>L. Cassii Longini</i> , et <i>Marci Vinicii</i> . Huic <i>Vini-</i> cio, qui anno urbis Dionysiano seu Catoniano DCCCLXXXII, vel Varroniano DCCCLXXXIII consul creatus, dedicauit Velleius. Pa- terculus hoc historiae Romanae breviarium. <i>Vinicio</i> falso at- tribuitur <i>Quartini</i> cognomen, quod competit consuli suffecto huius anni, <i>L. Nauiō Sardinio</i> , vnde corruptum <i>Quartini</i> vo- cabulum originem traxit.
4744	783	- -	<i>Casur</i> , ut videtur, <i>Velleius Pa-</i> terculus inter eos est, quibus Seiani